

Dei, quam currens percipit, etiam preceptum dilectionis proximi advertit, propter communicationem scilicet mutuam Sanctorum in bono; Nam et si illa sola pro se rogat trahi, tamen ex precepto charitatis, quod omnia communia intendit, illis omnes repleti desiderat. Ait Petrus Epist. 1. cap. 2. num. 8. Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Græcus reddit: Populus in acquisitionem, ad communicandum cum eis vestrum genus, regale Sacerdotium, ac sanctitatem eis datam.

Ait Apostolus Paulus 1. ad Thassal. 3. num. 8. Nunc vivimus, si vos statis in Domino. Tam ingenti Charitate fervebat Apostolus, ut omnia sua gratie dona à Christo sibi communicata vellet etiam aliis esse elargita, ut ipsi firmi, & stabiles in Deo essent, tunc ipse reputabat cum eis vivere. At verò si ipsi à Christo deficerent, & mortui essent in fide, tunc non vitam, sed mortem cum apprehendere iudicabat. D. Chrysol. homil. 1. de S. Romano; sic ait: Vide quantopere studebat, ut res fratrum recte se haberent, qui nec se vivere existimabant, si illi salvi non essent. Homo, qui ad tertium Cælum raptus fuerat, atque in paradysum delatus, tamquam fiduciam apud Deum assecutus fuerat, illorum honorum sensum non accipiebat, nisi etiam fratres secum salvos esse vidisset. Paulus in tanto rerum apice sublimatus, ut ad tertium Cælum esset evehctus, ut audiret Dei arcena, nihil tamen se habere reputabat; Nisi etiam fratres secum salvos vidisset. Vide tom. 2. in Apocalypf. cap. 12 q. 31. n. 240. 242. 243. & in omnibus meis libris in Sybillario verb. communicare.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare in istis primitivis Ecclesie tanta erat perfectio?

316. UT essent perseverantes in doctrina, ac obedientia Apostolorum; in oratione, in frequentatione Sacrae Eucharistia, in gratiarum actione, in abnegatione omnium temporalium, & omnia, quæ habebant, à se alienabant vendentes, & pretia ad Apostolorum pedes deferebant, totisque viribus in Cælum deferebantur. Illa mulier peperit filium masculinum, qui reclusus erat omnem gentem, raptus est Filiius ejus ad Deum, & ad thronum ejus. Apocalypf. 12. n. 5. sicut satis clara sententia est, quod hæc mulier significet Ecclesiam, sic & filius ejus animam fidelem seu cœtum fidelem. Ita Andreas Cæsari, Richardus Albertus, quos citavi tom. 2. ad cap. 12. Apocalypf. q. 4. n. 364. Magnum sane mysterium in hoc declaratur, nam qui verè gignitur, ac nascitur, ut proprius filius Ecclesie, omni nexu, ac conatu tendit in Deum, ac fertur in thronum ejus. Hue advoco id, quod dixit D. Athanas. Sinaita lib. 7. Examer. ubi sic ait: Exeuntes de aquis volucres stupens Isaias clamabat: qui sunt hi, qui ut nubes volant, hæ sunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obviam Domino in aëre. 1. Theffal. 4. num. 16. verè fideles, et si de terrenis aquis hujus sæculi prodeant, tamen non ibi inhaerent, sed ad superna altà contemplationem volant, ut digni inveniantur, qui Domino venienti ad iudicium cum potestate magna in nubibus occurrant, ut ab ipso glorie diademate coronentur.

Quam felix & secunda novitas virtutis ad magnum progressus scribit Joan. 10. num. 22. Facta sunt encœnia in Ierosolymis, & hiems erat. Maxime ponderandum, quod encœnia, id est renovare, seu innovare quotidie hyeme fierent, cur non potius veris tempore, in quo omnia innovantur, & ad ejus

exordium totus fabricatus est mundus; in hyeme vero frigore, gelu, ac sæviente tempestate omnia tabescunt, ac opprimuntur; Cur innovationes non in vere, sed in hyeme Deus in templo suo fieri disposuit? Ex his causis hoc providit; ut adversus debaccantes, ac furentes tempestates, atque hostiles incurfus, & insurgentes tentationes, homines fortiores, ac validiores existerent; tanquam novellæ plantationes in virtute innovantur, ut præsidio novitiæ ac primæ virtutis sævientes ventos valeant repercutere; & immobiles in virtute consistere. Theodor. apud Cantens. D. Thomæ ait: Satagas in quo. Theod. que dum hyems imminet, id est vita presens turbibus iniquitatis concessa, spirituales encœnia tui templi celebrare, semper renovando te ipsum, & ascensionem in corde tuo disponens, tunc Iesus erit præstis tibi. Ad procellosas iniquitatum tempestates superandas multum prævalet innovatio vitæ, & tunc tibi aderit Iesus; & ambulabit ibi.

Ingressus Iesus ad suæ passionis conflictus, ad sustinendas Iudæorum contradictiones, mandat discipulis suis, ut tendant in Castellum; Et inveniens asinam alligatam, & pullum cum ea, solvit, & ascendite mihi: Matth. 21. num. 2. D. Spondebat Dominus ingredi ad suos hostes, non pedibus, sed veluti in equo, ad hoc sufficiebat asina, ad quid insuper pullus? qui imo potius poterat esse impedimentum in via, ad quid ergo? Ad insinuandum, quod ad enervandas hostium vites multum prodest, quod novella virtus reassumatur, ut illius fervore armatus Christi miles, omnem adversariorum furorem extinguat, & consumat. Ad quod tendit nosser D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 36. sic ait: Quando autem ad salutarem ibat passum, tunc non occulte, sed pullo invehctus asina in figuram populi novi. In pullo significabatur novus populus reassumendus cum fervore novæ virtutis. D. Chrysol. homil. 67. in Matth. ait: Gentium enim obedientia in pullo significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

CAPUT III.

1. Petrus autem, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.
2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.
3. Is, cum vidisset Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemosynam acciperet.
4. Intuens autem in eum, Petrus cum Ioanne, dixit respice in nos.
5. At ille intendebat in eos sperans se aliquid accipiturum ab eis.
6. Petrus autem dixit: argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do; in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.
7. Et apprehensa manu ejus dextera, alleavit eum, & protinus consolidata sunt bases ejus, & plantæ.
8. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.
9. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.
10. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi, & impleti stupore, & extasi in eo, quod contigerat illi.
11. Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, cunctis

12. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelita quid miramini in hoc, aut nos quid inveniemi, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare.
13. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob: Deus Patrum nostrorum, glorificavit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti.
14. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis vinum homicidam donari vobis.
15. Auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cuius nos testes sumus.
16. Et in fide nominis ejus, hunc quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus, & Fides, quæ per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.
17. Et nunc fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri.
18. Deus autem quæ prophetavit per os omnium prophetarum, patri Christum suum sic implevit.
19. Patientemini igitur, & convertimini, ut deleantur

20. Ut cum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miseris eum, qui predicatus est vobis, Iesum Christum,
21. Quem oportet quidem Cælum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo prophetarum.
22. Moyses quidem dixit: Quoniam prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis iuxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis.
23. Erit autem omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.
24. Et omnes propheta à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annuntiaverunt dies istos.
25. Vos estis filij Prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad Patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terræ.
26. Vobis primum Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: ut converteret se unusquisque à nequitia sua.

ARGUMENTUM.

PUT hoc potissimum in duas dividitur partes: In prima describitur præclarissimum miraculum claudi ex utero matris jam sanati. Ex ejus occasione In secunda parte sermo D. Petri de virtute nominis Jesu.

Act. 3. num. 1. Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

VERSIONES.

Syras Factum est autem cum Simon Petrus, & Joannes simul ascenderent tempore precatonis hora nona. Arias Græcus. In idipsum ascendebant.

EXPOSITIO I.

1. Græc. Vers. 1. Petrus autem, & Ioannes: Græcus habet: In id ipsum, ascendebant: Unde multi connectunt hæc cum sine superioris capituli, ut vult Cajetanus, quod hæc eodem die Pentecostes contigerint: In id ipsum, id est ad idem tempus, ut potest patrocinari; quia Spiritus Sanctus advenit hora tertia; hæc facta sunt hora nona. Tamen contra hoc pugnat; quia in illa die Pentecostes Petrus post longam concionem tria millia hominum baptizavit, & nunc post sanatum claudum, aliam habuit concionem, quæ omnia vix fieri possunt eodem die; ergo in diverso die hæc sunt facta, ut etiam placet Lorino, id quod habet Græcus: In id ipsum idem est, ac simul, seu ut exponit Hugo: ad eundem finem, seu intentionem.

Petrus, & Ioannes. Nam inter hos duos, ut notat D. Chrysol. erat magna familiaritas, patet ex Evang. Joan. 20. num. 3. & infra in Act. cap. 8. num. 14. Ascendebant. Templum constitutum erat in monte Sion, ut à tota urbe esset conspicuum, ad illudque per gradus ascendebatur, inde aliqui suspicantur, quod dicuntur Psalmi graduales, quod in gradibus ascendentibus recitarentur. In templo autem tres erant partes distinctæ. Prima Ariam, in

quo orabant sæculares, & ad hoc se conferebant Petrus, & Ioannes. Secunda Sanctorum, quod solis Aaronicis Sacerdotibus erat datum. Tertia pars Sanctorum, ad quod semel in anno poterat ingredi summus Sacerdos.

In Templum, tanquam in proprium orationis locum; quia Deus ibi peculiariter habitabat tanquam in loco sancto, & oratio unius adjuvabat precibus aliorum, ac etiam sanctorum, qui ibi venerant, ac quorum reliquæ ibi sunt: Unde dicitur Psalm. 21. num. 23 In medio Ecclesia laudabo te, & n. 26. subdit: Apud te laus mea in Ecclesia magna, & multis aliis in locis.

Ad horam orationis nonam; quæ respondet horæ tertiæ post meridiem, de computatione horarum apud Hæbræos sæpe jam dixi: Judæi autem tribus horis in die orabant: Daniel tribus temporibus diei orabat contra Ierosalem cap. 6. num. 10. Cilicet, mane, hora nona, & vesperi; Deinde ad horam ascendebant; quia sacrificium agni bis in die offerebatur; mane, vesperi Exod. 29. num. 38. & potissimum in memoriam Passionis Christi, qui pro omnium salute hora nona expiravit in Cruce, & ad Inferos descendit. Ita Clemens Rom. de constitut. cap. 34. D. Cyprianus de Ora. Domini, S. Athan. de Virgine D. Basil. serm. 1. de Instit. cap. 3. Rupertus lib. 1. de offic. cap. 5.

QUÆSTIO I.

Quare ante miraculum claudi describitur oratio Petri, & Ioanni?

Petrus, & Joannes ascendebant in Templum, ibant bini tum ob intimam amicitiam, tum quia Luc. 20. D. Iesus misit eos binos Luc. 10. num. 1. ex quo de sumptu



sumpta est consuetudo, ut Religiosi bini incedant, ut docent D. Ambros. ad citatum locum Lucæ, D. Gregor. Papa homil. 17. in Evangelia D. August. in reg. unde D. Thom. religiosum solum ambulantiem, Dæmonem solitariū vocabat, ut refertur in Chronicis D. Dominici lib. 3. cap. 37.

Quæstio tamen inquit: Cur ante hoc miraculum claudi perpetratum à Petro, & Joanne describitur, quod ipsi ibant in templum ad orationem? Ad quod respondet primo D. Basilius Seleuciens. orat. 2.1. & ait: Orationis appendix erat claudi curatio, & capitis ad orationem cursus facienti claudum inopinatum cursum attulit. Magno mysterio denotatur, quod Petrus, & Joannes irent ad orationem, ut innuatur magna orationis efficacia, quod non solum ipsa oratio, sed cursus ad illam, valuit claudum impetrare sanitatem. De justo ait Regius vates Plal. 10. num. 13. Preparatio in coris eorum audire auribus tuis: Non solum ipsam justam orationem audire Deum, sed etiam ejus præparationem (ut in præsentibus cursus ad illam) ac proinde antequam oratio fiat à justo, Deus prævenit annuens optatis.

Secundo respondet idem D. Basilius Seleuciens, citato loco, & ait: *Id primum in diebus cognitis, necessarium est, quod in tantam dignitatis celsitudinem evecti Apostoli, orationem minus eglexerint; Nam homines cum essent, hinc quoque petito præsidio egerebat: Quod si Apostoli precationis operam non excucationem ostendunt, quantum nos crimen incurrimus, qui per incuriam tam salutare proficimus viaticum.* Apostoli in tam sublimi sanctitatis fastigio ad communem orationem, quæ fiebat hora nona, se conferunt, & inde salutem claudum impetrant: Unde merito Seleucus citatus orationem vocat salutarem viaticum, quo fideles, qui à Cælesti patria peregrinantur in terris, victitant, ac se componunt, ut feliciter, ac secunde degant, omniaque obtineant dum sunt in hac via, & in hac consideratione Basilius ante citata verba ait: *Vidimus igitur hodie post Salvatorem discipulos, miraculorum artem delibantes.* Oratio communis ars miraculorum dicitur; nam sicut in arte sunt documenta, ac media ad perfectam scientiam comparandam, sic in oratione, ac per orationem dantur efficacissima media ad miracula, multaque mirabilia operanda.

Docens nos Dominus orare ait: *Sic orabitur: Pater noster, qui es in Cælis, sanctificetur nomen tuum.* Matth. 6. num. 9. cur cum uniusquisque pro se orat, non docetur sic orare: *Pater meus*, quod magis affabilis, & attractius videtur? Sed dicendum est: *Pater noster* per quod denotatur communis cum aliis fraternitas, atque etiam gratia adoptionis ab Spiritu Sancto accepta cum aliis communis; ac proinde cum pro nobis rogamus, dicimus *Pater noster*, & orationem communem facimus pro nobis, & aliis, & inde magis accepta, & grata fit Deo. D. Chryso. homil. 20. in Matth. sic ait: *Qui patrem dicit, & peccatorum remissionem, & adoptionem, & hereditatem, & fraternitatem qua est ad unigenitum, & Spiritus largitionem, per unam hanc confessionem est nuncupationem.* Cum patrem, dicit & fraternitatem, hereditatem cum aliis dicit se habere, pro quibus orat, & rogat.

Ait Christus D. Matth. 18. num. 19. & 20. *Dico vobis; quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint fiet illis à Patre meo, qui in Cælis est; ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Non ait in medio eorum ero, sed sum, ubi primum duo convenerint simul ad orandum; statim in ipsomet instanti, ac puncto Christus est in medio eorum, ut

exaudiat eorum orationem, eorumque precibus annuat. Origen. tract. 6. in Matth. sic ait ad prædicta verba: *Non dixit, in medio eorum ero, sed sum, nos enim, ut aliqui consenserint, Christus invenit in eis, ex quo subdit Origenes maxime notandus: & ista est causa, propter quam non exaudimur orantes; quia non consentimus nobis per omnia super terram.* Vide quæ dixi supra de hac re ca. 1. q. 28. n. 190. & 191.

Act. 3. num. 2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ bajulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret elemosynam ab introeuntibus in templum. N. 3. Is cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat, ut elemosynam acciperet.

VERSIONES.

Syracus num. 2. Et ecce claudum virum unum bajularunt homines illi, qui soluti erant eum afferre.

Aethiopic. Qui claudus pedibus erat.

Arabicus num. 3. Intendentes ingressum in Templum.

Pagninus Ingressuros. rias fururos introire.

Græcus. Rogabat elemosynam.

EXPOSITIO II.

Verf. 2. *Udam vir.* Non exprimit illius nomen, ut potest quod erat homo vilius, & infimæ notæ, & habens æris amplius quingenta annorum, ut dicitur cap. 4. num. 22. *Claudus ex utero matris suæ.* Ex quo illustrius commendatur miraculum, ut notat Lyranus, quam si fuisset claudus ex aliquo accidenti. *Bajulabatur.* Ita erat contractus, ut non posset per se ipsum incedere. *Quem ponebant ad portam templi,* & consuetudo erat apud Judæos constituere pauperes ad portas templi ad mendicandum, ut sit hodie apud multas nationes: *Quæ dicitur speciosa.* Hæc erat principalis porta, & sic dicta ob suam pulchritudinem, ac elegantiam.

Verf. 3. *Is cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire.* Pagninus *Ingressuros.* Arias *fururos introire:* Cum ergo hos vidisset, non petebat, sed rogabat, quod indicat cum magna instantia elemosynam accipere. D. Chryso. ait: *Illos ingrediētes, & miracula, facientes talia pios ex ipso habitu judicavit.* Pauperes ex his, quæ patiuntur commiserationem habent in alios pauperes, non sic divites in multa abundantia. Neque dolent super contritionem Ioseph. Amos 6. n. 6.

QUÆSTIO II.

Expenditur huius hominis summa calamitas, ac mi, etia.

Claudus ex utero matris suæ, quod expendens D. Basilius Seleucus orat. 2.1. ait: *Sic in natura est una provenerat. Vitium natiuitatem non expectavit, sed nixum anticipavit noxa.* Sic calamitatis miseria antelucana fuit, ac evigilavit in homine, ut antequam videret lucis radios, ægritudinis miseria ipsum opprimeret, antequam partu editus esset, jam ad veria

D. Ambros. L. Greg. D. Aug. D. Tho.

6.

D. Basili. Seleuci.

Preparatio ad orationem impetrat.

Plal. 10.

7. D. Basili. Seleuci.

Oratio communis viaticum dicitur.

8. Math. 6.

Cum oratio sit pro omnibus, inde magis grata Deo. D. Chryso.

9.

Male maxime invigilant contra hominem. Luc. 8.

D. Bonav.

13. D. Basili. Seleuci.

Luc. 16. Labores catenati tenentur veniunt. D. Greg.

14. D. Basili. Seleuci.

Pauper valde molestus, & gravus.

15.

Daniel. 14.

Luc. 16.

Pauper proderosus, divites levius, ac suavis. D. Hieron. D. Epiph.

adversa nequitia cum tenebat; Vitium natiuitatem non expectavit, sed celerato pede, ut pedes impediret, nixum anticipavit noxa. Bonus seminatur dum seminatur: Aliud cecidit fecit etiam, & conculatatum est, & volucres Cæli comederunt illud. Luc. 8. num. 5. Antequam granum Cælestis doctrinæ nasceretur, & pullularet in aristas, conculatatum est à malis moribus, ac suggestu Dæmonum D. Bonaventura ibi ait: Unde hic non est locus fructificationis, quia non est in eo retentio feminis, & ideo ad jungit conculatatum est à pedibus hominum, & volucres Cæli comederunt illud, in quo intelligitur Dæmonum mors.

Secundo idem D. Basilius Seleucus citatus ait: *Cum natura paupertate pecuniarum inopia conjuncta erat, & miseri calamitates à parvitate; natura enim male pedatum genuit, inopia vero rogaorem fecit.* Duplex calamitatis egestas miserum hominem opprimebat, una, qua natura male pedatum generat sine pedibus, altera, qua cum facultatibus denudatum constituerat, una gressu privaverat, altera rogatorem, ac petitem fecerat, ac si equalis esset ei calamitatis, quod pedibus esset privatus, ac quod facultatibus necessario est privatus, ut inde cogere peteret, ac rogare; Erat qui tam mendicis nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat. Luc. 19. num. 20. & 21. jacebat ulceribus plenus, ut non posset se movere, dein de fame premebatur, ut cogere peteret, cum nemo illi daret. D. Gregor. homil. 40. in Evangel. ait: *Quantas, hunc egenum vulneribus obsessum, tentationes credis in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane, non haberet etiam sanitatem; Semper labores catenati veniunt.*

Tertio D. Basili. Seleucus citatus, ait: *Manus aliena de more munabatur claudus, b s que ut pedibus incedens ægritudine præditus, uno circumscribatur loco, velut saxum aliquod in vestibulo profectum.* Quem ponebant quotidie ad portam templi, ut exanimalem aliquam naturam, claudum ibi collocabant, ut onerosum quid in porta jactabant. Et dicitur ducebatur, sed tanquam gravissimum onus, non manibus, & humeris, & tanquam exanimalis aliqua natura, ac ponderosum aliquod saxum, non ponebant, sed projiciebant in portam claudum ibi collocabant ut onerosum quid in porta jactabant. Et unde iste homo rationalis tanquam exanimalis natura, ac saxum valde gravissimum reputatur: Erat pauper mendicis, ac omnibus destitutus, ipsaque nuditas illum valde molestum, atque omnibus multum ponderosum effecerat, sicut purpura valde gratum, ac levem divitem sublevar.

Cum Propheta Habacuc iter faceret in Judæam portans panes, pulmenta in alveo messoribus suis, apparet illi Angelus præcipiens, ut illa deferat in Babylonem ad Daniele in lacum Leonum; ille se excusat: *Lacum nescio, Babyloniam non vidi: Tunc apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis sui.* Daniel. 14. num. 32. fecus factum legitimus cum Lazaro, qui cum mortuus esset: *Portatur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Luc. 16. num. 22. Unde tanta differentia, Propheta homo annosus portans panes, & carnes in Cabacho ab uno Angelo in uno crine asportatur, Lazarus à multis Angelis deferitur: Propheta, ut notant D. Dorotheus, & Epiphanius in ejus vita dives erat, habebat prædia, ac segetes, & messoris; Lazarus vero pauperrimus, omnibusque denudatus; bonorum plenitudo sublevarat prophetam, omnium esuries multum gravabat Lazarum, ut necesse fuerit à multis bajulari D. Chryso. homil. de divite

ait: *Non suffecerat ad portandum pauperem unus Angelus, sed plures veniunt;* Cum esset pauper non unus Angelus, sed multi veniunt.

QUÆSTIO III.

Quare ante orationem Petrus, & Joannes dant salutem claudum?

Ad horam orationis nonam Petrus, & Joannes cum ascenderent in templum oranti claudum dant salutem; cur in his immorantur, & non potius exhibent suam orationem, ipsaque absolvat, tunc preces exaudiunt pauperis.

Respondet D. Chryso. homil. super illud sapientia: *Ius deprecari, sed preces claudi non poterant sperni, prævenitur precibus preces, rogamem claudum, rogantur ante audiam, quam precantur: ô gloriosum meritum Apostolorum, qui ante in templo sperantur, quam ipsi Dominum deprecantur: ante virtus ostenditur, quam oratio ad Dominum præmittatur.* Apostoli antequam suas effundant preces ad Deum, pauperem rogatum prius exaudiunt, & inde orationis vigor non retardatur, sed potius multum excrescit; nam ex bono opere præmissio valentior, ac fortior fit oratio: *Ante virtus ostenditur, quam oratio ad Dominum præmittatur, & data sanitate inde Apostoli ad orationem accedunt.*

Ecclesiasticus 18. num. 23. ait: *ante orationem præpara animam, & noli esse quasi homo, qui tenet Deum;* ante orationem anima præparanda, ac disponenda est multis operibus, aliis infructifera est oratio D. Nicæus lib. de orat. 2. ait: *Docet nos igitur Dei servus, ne prius aliquid precamur à Deo, quam aliquid ei munus acceptum, & gratum obtulerimus; vorere enim prius oportet, deinde orare; proinde ac si quis dicat, sementem prius fieri, quam fructus percipi oportere: ergo voti semina prius desicere, atque ita ex desiccis seminibus, adultas jam atque maturas fruges percipere oportet per orationem.* Satis eleganter in rusticam agriculturam totam orationis rem depingit, in qua ante messes multo labore terra præparatur, ut sic jam composita semina mendantur, & inde fructus percipiuntur, orationisque fructus colligantur; ante illam aliarum virtutum semina præmittantur.

Rogantibus Judæis pro eis orat Ieremias 42. num. 7. *Cumque conpleti essent decem dies, factum est Verbum Domini ad Ieremiam.* At verò de Danielis cap. 10. num. 12. oratione dicitur: *Exaudita sunt verba tua: Oratio magni Prophetæ Ieremie non exauditur nisi post decem dies completos: at verò Danielis, statim in primo die exauditur: Cur Ieremie tam morose post decem dies? De Ieremia tantum scribitur orasse ad Deum; at vero Danielis oratio concomitata fuerat virtutum operibus afflictionis, ac mortificationis: *Ve te affligeres in conspectu Dei, & de tanto virtutum apparatu consequens erat, ut ejus oratio esset efficacior, ac velocior ad Deum, dicitur de Daniele 9. num. 3. Et posui faciem meam Daniel. 9. ad Dominum Deum rogare, & deprecari in jejuniis, sacco, & cinere.* Ad quæ verba sic ait eleganter Theodoretus. *Hæc edoctus Beatus Daniel jejuniis, sacco, & cinere, quasi alis instructas preces Deo offerbat.* Perpende illa verba quasi alis instructas preces; ac si jejuniis, & sacco inserviant orationi tanquam alæ, ut velocissime ferantur ad Dei Thronum.*